Cum societas mutuo consensu contrahatur, non potest is meus dici socius, quem in societatem non admisi. Ideoque quem meus socius admittit, illi tantum socius est, non mihi. *l. qui admittitur,* 19. *cum l. seq. l. cum duobus, §. cum duo erant, ff. pro socio.* Hinc recte inferunt Dd. quod vassallus mei vassalli, meus vassalus non sit. Ideoque nec ad obsequia, servitia aut homagia á me cogi poterit. *Dec. hic num.* 1. *fac. l. Modestin.* 105. *ff. de verb sign.* ubi dicitur quod libertus mei liberti meus libertus non sit.

(1) Ley 6. t. 34. P. 7.ª

(2) Ley 23. t. 12. P. 5.ª

(3) La misma ley 23. t. 12. P. 5.ª con su glos. 2. y ley 24 del mismo tít. y Part.

(4) Ley 57. t. 5. P. 5.ª y ley 6. t. 34 P. 7.ª

(5) Ley 29. t. 14. P. 7.ª Es inútil advertir que tal disposicion no tiene uso alguno entre nosotros, puesto que felizmente está abolida la esclavitud en nuestra Patria.

(6) Ley 6. t. 8. P. 7.ª y ley 15. t. 9. P. 7.ª Véanse las notas 7. 8. y 9. en la Regla 36.

(7) No sucede lo mismo entre nosotros, como puede verse en la ley 9. t. 22. lib. 5. N. R. que impone pena al abogado por su ignorancia é impericia en la direccion y defensa de los negocios. Véase la nota 9. en la Regla 36.

(8) Ley 10. t. 9. P. 7.ª vers. "E deben facer esta enmienda" y ley 4. t. 14. P. 7.ª vers. "E como quier" con su glos. 11. Véanse los art. 2 y 8. de la ley de 5. de Enero de 1857.

(9) Con el cap. citado en el testo concuerda la conocida ley 8. t. 31. P. 7.ª

(10) Gomez, tom. 3. cap. 3. n. 44. y López en la glos. 11. al fin, á la ley 4. t. 14. P. 7.ª

(11) Ley 1.ª t. 10. P. 5.ª glos. 1.ª y ley 7 del mismo título y Partida glosa 2.

(12) Paz, *praxis, tom.* 2. *praelud.* 1.º *de jurisdict. eccles. n.* 18.

A LA LEY XLVIII.

Paulo, lib. 35. al Edicto.

Lo que se hace ó se dice en el calor de la ira no se tiene por hecho ni dicho sino cuando por la perseverancia se conozca que tal ha sido la intencion. Y por lo mismo, la muger que vuelve prontamente á la casa del marido no se juzga que la ha abandonado. (1)

ESPLICACION.

Las cosas que se hacen durante la exaltacion ó perturbacion del ánimo, no puede decirse que hayan sido hechas intencionalmente y con voluntad de que sean permanentes; y por eso establece nuestra Regla que lo que se hace ó se dice en el calor de la ira, no se tenga por firme y valedero, si no es que la perseverancia venga á manifestar que se ha obrado con voluntad y deliberacion. Ciceron. *4. Tuscul. quaest.* dice de la ira que es un furor pasagero, enemiga de todo consejo y contraria á toda razon: de ella dice Ennio con justicia que es el prin-

---

AD L. XLVIII.

Paulus, lib. 35. ad Edictum.

Quicquid in calore iracundiae vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. Ideoque brevi reversa uxor nec divertisse videtur.

EXPLICATIO.

Cum ea quae repentino quodam calore aut subita animi perturbatione accidunt, neque considerate, neque constanter fieri possint, recte haec statuit regula, quod calore iracundiae fit vel dicitur, non prius firmum, ratumque haberi, quam si accesserit perseverantia, et apparuerit ex perseverantia, deliberate id esse factum. Cum enim ira furor brevis sit, *Cic. 4. Tusc. quaest.* inimica consilio, et contraria rationi, et ab Ennio bene

cipio de la locura; que un hombre poseido de ella, solo se diferencia del loco en la duracion de su demencia; y que por lo mismo, todo lo hecho ó dicho por un hombre airado, se debe reputar como hecho ó dicho por un loco. Por esto es que si una muger agitada por la ira que le hayan producido las discordias domésticas, se ha separado de su marido sin mediar repudio, y luego vuelve á poco tiempo á la casa conyugal, no se juzga que se ha separado de él, sino que ha obrado movida por la ira que le ha producido alguna rencilla doméstica, *l. cum hic status*, *32. §. si divortium*, *10. D. de donat. int. vir. et uxor. 24.—1.* y que tal acto por lo mismo, no merece el nombre de divorcio. *text. hic. et in l. divortium*, *3. sup. D. de divort. 24.—2.* (2) Así tambien: el que en medio del calor de una riña y de la ira que ella produce, hubiere injuriado á otro imputándole temerariamente algun crimen; solo quedará obligado en el caso de que despues haya ratificado la injuria ó la imputacion. *cap. si quis iratus*, *5. caus. 2. quaest. 3.* (3) Tampoco subsiste la desheredacion que se haya hecho en un momento de ira, si no se ratifica despues que ella se haya calmado. *l. si filiam*, *19. C. de inof. test. 3.—28.* (4) Otro ejem-

---

dicatur ira initium insaniae, et iratus ab insano tempore tantum distet: quidquid iratus agit vel loquitur, tanquam ab insano profectum aestimari debet. Ideoque si uxor jurgii causa per calorem iracundiae misso repudio á Marito discedat, brevi reversa, non censebitur divertisse; et hoc jurgium potius seu fribusculum, hoc est, de re frivola subitanea ira, *l.* 32. §. *si divortium*, *ff. de don. int. vir. et ux.* quam divortium appellari debet, *text. hic et in l.* 3. *sup. de divort.* Sic qui in rixa inconsulto calore lapsus male alicui dixit, aut crimen temere objecit, nisi id vel iterare sit ausus, vel adstruere, non obligatur. *c. si quis iratus*, 2. *q.* 3. Sic exhaereditatio ex iracundiae calore facta, non valet, nisi ex perseverantia firma voluntas appareat. *l. si filiam*, 19. *C. de inoff. testam.* Exemplum aliud accomodatum huic regulae depromitur *ex l. licitatio*, 9. *ff. de publ. et vect.* ubi traditur, si quis vectigalium licitationem, calore iracundiae ultra modum solitae conductionis fecerit, non aliter admittendus est, quam si fidejussoribus idoneis, aut aliter satis caverit, se vectigalia, ut est licita-

plo adecuado de la aplicacion de esta Regla nos presenta la *l. locati, 9. in pr. D. de publ. et vectig. 39.—4.* en la que se dice: que si al arrendarse las rentas públicas, alguno, movido por el calor de la ira, hubiese hecho pujas mayores que las acostumbradas, no deberá ser admitido como arrendatario de ellas si no presenta fiadores ó alguna otra caucion de que pagará la renta que ha ofrecido, pues con este hecho manifestará que ha obrado con deliberacion, y no excitado por el calor de la licitacion. (5).

Falla la Regla en aquellos casos en que el arrepentimiento no puede extinguir los efectos del delito, como en el caso, v. gr. de que alguno, impulsado por la ira, hubiese herido ó muerto á otro hombre, pues entonces el arrepentimiento no podria reparar el perjuicio ni escusar á su autor, no obstante que hubiese obrado en virtud de la ira. Así lo enseña *Angelo in l. si non convicii, C. de injur. et Lanfranc. in prax. tit. de confes. n. 3. et 4. textus in l. lex. Julia, 7. §. hodie, 3. D. ad. leg. Jul. repet. 48.—11.* (6) En esta ley se dice que el que ha matado á un hombre, movido por un ímpetu de ira, debe ser condenado á la pena capital, lo mismo que el que ha ma-

---

tus, soluturum, quod tunc non irae fervore, sed animo plane sedato et consulto id fecisse existimetur.

Fallit regula in delictis talibus, quae per poenitentiam revocari non possunt, ut si quis per iracundiam vulnerasset aut occidisset hominem, tunc non posset ullatenus factum revocari aut poenitentiae excusari, etiamsi id fecisset calore iracundiae. Ita notat Angelus *in l. si non convicii, C. de injur. et Lanfranc. in praxi, tit. de confessione, nu.* 3 *et* 4. *tex. est in L. lex Julia,* 7. *§. ult. ff. Ad L. Jul. rep.* ubi dicitur, quod qui calore iracundiae hominem interfecit, non minus capite plecti jubeatur, quam qui innocentem peremit. Facit *l. aut facta, §. causa, ibi puniuntur, cum quis ab extraneo per iram pulsatus est. §. de poen. Decius. h. num.* 7. Si quis ergo á delicto promiscue excusari posset propter iracundiam; raró delictorum fieret animadversio: mitius tamen puniendus est, qui fervore iracundiae deliquit. *l.* 1. *C. si quis Imp. mal.* in verb. *si ex insania processit maledictum, miseratione dignissimum:* facit in argumentum *l. si adul-*

tado á un inocente. Hace tambien al caso la *l. aut facta, 16. §. causa, 2. D. de poenis, 48.—19.* en la que se dice: "que deben ser castigados aquellos que movidos por la ira, dan golpes ó azotes á un estraño." *Decius, hic. n. 7.* Si el haber obrado por ira fuera indistintamente una legítima escusa del que por ella delinquió, todos los crímenes quedarian impunes. Es cierto, sin embargo, que se castiga con menos severidad el delito cometido en ese estado del ánimo. *l. si quis, 1. C. si quis Imp. mal. 9.—7.* en sus palabras: "si alguno ha maldecido al Emperador por locura, es muy digno de conmiseracion." (7) Viene tambien al caso la *l. si adulterium, 38. §. imperator, 8. D. ad leg. Jul. de adult. 48.—5.* (8) que dice que es muy difícil templar un dolor justo. Y así, el que ha sido provocado á la ira, y delinque en ese estado, debe castigarse con lenidad. *Decius, hic. l. famosi, 7. §. hoc tamen, 3. D. ad leg. Jul. Majest. 48.—4.* (9) En esta ley se dice que no debe castigarse facilmente una palabra pronunciada con ligereza; esto es, que no debe aplicarse por ella una pena grave. Así la entiende *Roman. singul. 514.* Falla finalmente la Regla en los contratos que se hacen por causas piadosas. Y así: si alguno precipitadamente, y en un rapto de ira ha dado sus bienes á la Iglesia, acaso por privar de ellos á sus parientes, no puede revocar aquella donacion con el pretesto de que la hizo cuando tenia el ánimo acalorado. *cap. sunt qui opes, 3. caus. 17. quaest. 4.* (10)

---

terium cum incesto, 38. §. *Imperator, ff. Ad L. Jul. de adult.* ubi dicitur quod difficillimum sit justum dolorem temperare. Itaque ille qui provocatus ad iracundiam deliquit, mitius debet puniri. *Decius, h. fac. l. famosi;* §. 3 *ff. ad L. Juliam, majest.* ubi dicitur: Lubricum linguae ad poenam facile non est trahendum, scilicet magnam. *Ita tradit Roman. singul.* 514. Denique fallit regula in contractu ad pias causas facto. Si quis enim ex inconsulto et praecipiti animi calore bona sua Ecclesiae reliquerit, forte ut bona consanguineis suis ex invidia praeriperet, non potest ea hoc praetextu revocare, quod per impetum et subitum animi calorem hanc donationem fecerit. *c. sunt qui opes,* 17. *q.* 4.

(1) Ley 16. t. 34. P. 7.ª

(2) Véase el principio de la l. 9. t. 14. P. 3.ª y su glos. 1.ª

(3) Ayllon, en sus adiciones á Antonio Gomez, tom. 2. cap. 14. n. 29. y Farinac. *de poenis temperandis, quaest.* 91. *n.* 18 *y sig.*

(4) Véase la nota anterior.

(5) Ley 1.ª t. 10. lib. 10. N. R.

(6) Véase la ley 14. t. 17. P. 7.ª y la fraccion 4. del art. 32 de la ley de 5 de Enero de 1857.

(7) Ley 6. t. 2. P. 7.ª y las leyes de las notas anteriores.

(8) Ley 14. t. 17. P. 7.ª

(9) Véanse las notas 6 y 7.

(10) Véase la glos. 2. á la ley 1.ª t. 8. P. 1.ª

A LA LEY XLIX.

Ulpiano, lib. 35. al Edicto.

El engaño de uno no puede dar accion á otro. (1)

ESPLICACION.

Así como nadie puede mejorar su condicion por su propio delito, así tambien, á nadie puede producir accion el dolo ageno, porque lo que no es lícito en nombre propio, tampoco lo será en nombre ageno. *cap. quod alicui, 67. de reg, jur. in 6. 5.—13.* Si así no fuera, seria fácil hacer que alguno cometiese dolos ó arterías que produjesen accion á otro. Por esto es que no compete al señor para pedir lo que su siervo ha adquirido con dolo malo. *l. quod servus, 24. D. de acquir. poss. 41.—2.* (2) En esta ley se dice que no pertenece al señor la posesion de la cosa que su siervo haya adquirido clandestinamente ó por la fuerza. Tampoco entra á la masa social lo que uno de los sócios haya adquirido ilícitamente, ni á tal sócio se le puede obligar á que introduzca á la compañía lo que de tal

---

AD L. XLIX.

Ulpianus, lib. 35. ad Edictum.

Alterius circunventio alii non praebet actionem.

EXPLICATIO.

Quemadmodum ex proprio delicto nemo meliorem suam conditionem facere potest: ita nec ex alieno dolo actionem sibi quaerere potest, quia quod alicui suo nomine non licet, nec alieno licebit. *cap. quod alicui, ex. h. t.* Alias facile esset, dolos et technas per alium struere, si hoc modo actionem quaerere cuique liceret. Unde quod servus dolo malo quaesivit, ex eo domino non competit actio: *leg quod servus, 24. ff. de acquir. poss.* ubi dicitur, quod illicite servus acquisivit, puta vi aut clam, id ad

manera haya adquirido, en virtud de la accion *pro socio. l. cum duobus, 52. §. per contrarium, 18. et l. quod autem, 53. D. pro socio. 17.—2.* (3) En la segunda de estas leyes se da la razon de ella, diciendo que la comunion de los delitos es torpe y abominable. A ella puede agregarse la de que nunca se debe creer que alguno haya querido ó consentido en cosas ilícitas. *arg. l. si pater, 12. D. quae in fraud. credit. 42.—8.* (4)

Si un tutor ha engañado á alguno al contratar con él, respecto de alguna cosa de su pupilo, tal contrato no producirá á este accion alguna, y al engañado le aprovechará la excepcion de dolo. *l. apud Celsum, 4. §. illa etiam quaestio, 25. D. de dol. mal. exc. 44.—4.* (5) Tampoco resulta accion alguna al señor por el engaño de su procurador, pues que si aquel entablase alguna proveniente de engaño de este, quedaria nulificada con la excepcion de dolo. *d. l. apud Celsum, 4. §. quaesitum, 12. D. de dol. mal. except. 44.—4.* (6)

(1) Ley 18. t. 34. P. 7.ª glos. 1.ª

(2) López, en la glosa 5. vers. "et nota" á la ley 5. t. 17. P. 4.ª y ley 4. t. 13. P. 7.ª

(3) Ley 2. t. 10. P. 5.ª y ley 8 del mismo título y Partida.

(4) López, en la glos. 1.ª á la ley 25. t. 12. P. 5.ª

(5) Véase la ley 10. al fin, tít. 10. P. 7.ª y 5. t. 16. P. 7.ª

(6) Dicha ley 5. t. 16. P. 7.ª

---

dominii possessionem non pertinent. Sic etiam quod socius illicite acquisivit, non confert in societatem, nec actione pro socio ad id compelli potest, *l. cum duob.* §. 18. *cum l. seq. sup. pro socio.* ubi subjungitur elegans ratio, quia delictorum turpis atque foeda communio est. Ad haec in illicitis non videtur quis consentire aut velle. *arg. l. si pater, ff. Quae in fraud. cred. &c.*

Sic si tutor in rem pupilli contrahens aliquem circumvenerit, actionem pupillo quaerere non potuit, et experienti ei doli exceptio obstabit. *l.* 4. §. *illa etiam quaestio, sup. de doli except.* Similiter ex circumventione procuratoris domino nulla quaeri potest actio, ideoque etiam dominus agens ex fraudulenta circumscriptione procuratoris, exceptione doli repellitur. *d. l.* 4. §. *quaesitum est, ff. de dol. except.*

A LA LEY L.

Paulo, lib. 39. al Edicto.

Carece de culpa el que sabe y no puede prohibir. (1)

ESPLICACION.

En el derecho sucede muchas ocasiones que el conocimiento ó ciencia de alguna cosa hace incurrir en culpa, y perjudica al que tiene tal conocimiento, si no prohibe que se haga algo, pudiéndolo impedir. Por esto es que si un esclavo hace algun daño sabiéndolo su señor y no evitándolo, queda obligado *in solidum;* esto es, á la estimacion íntegra y completa del pleito, sin que pueda librarse de su pago ofreciendo entregar al siervo para la reparacion del daño. *l. si servus, 2. D. de noxal. act. 9.—4.* (2) Pero si no ha podido evitar el hecho, entonces se escusa de dolo y de toda culpa aun cuando lo hubiere sabido, y en este caso solo queda obligado á entregar al siervo para la reparacion, y no al pago *in solidum* del daño. *l. in delictis, 4.*

AD L. L.

Paulus, lib. 39. ad Edictum.

Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest.

EXPLICATIO.

In multis Juris articulis scientia aliquem culpae insimulat, atque nocere solet eatenus, ut nisi ipse prohibeat, teneatur. Unde si domino sciente et non prohibente servus noxam committat, dominus tenetur in solidum, id est, ad plenam et integram totius litis aestimationem, et facultatem noxae dedendi servum amittit. *l. 2. ff. de nox. act.* Si quis autem prohibere non posset, licet sciverit, excusatur á dolo et omni culpa.

D. de noxal. act. 9.—4. (3) Esto tiene tambien aplicacion en los dependientes ó domésticos de nuestra época (en que no hay esclavitud) porque lo que ellos hicieren á ciencia y paciencia de su amo, se imputa á este. Se ha establecido, por lo mismo, que si los siervos ó dependientes de un colono invadiesen algun lugar, y el señor sabia que eran hombres de mala conducta, quede obligado á la reparacion de los perjuicios que hubiesen ocasionado, pues es culpable de haberse servido de esa clase de personas, manteniéndolas en su casa y familia *l. si servus servum, 27. §. Proculus ait, 11. D. ad leg. Aquil. 9.—2.* con lo que concuerda la *l. nullum, 109. inf. D. hujus tit. 50. —17.* (4) *Cagnolus, hic. n. 8.* Al que no prohibe cuando no puede prohibir, no se le debe imputar delito alguno, ni incurre en responsabilidad por el que se cometa. Y asi, v. gr. Si transita un ejército por una heredad que yo tengo en arrendamiento, y los soldados al pasar rompen las puertas y ventanas de la casa, ó hacen otros perjuicios en la heredad; yo no quedaré obligado por la accion *locati* si me fué imposible evitar los desmanes de aquellos soldados. *l. item quaeritur, 13. §. exercitu, 7. D. locat. 19.—2.* (5)

Itaque casu dominus tantum noxaliter tenetur, non in solidum. *l. 4. ff. de nox. act.* Quod procedit etiam in famulis et ministris nostri temporis, quia factum ab illis domino sciente, et non prohibente, domino imputatur. Unde responsum est, quod si servi vel famuli alicujus coloni villam excussissent, et dominus scivit eos esse malae conditionis et homines noxios sive perditos, tenetur de incendio, quia in culpa est dominus, quod in domo et familia sua hujusmodi noxias alat personas, et malorum ministrorum opera utatur. *l. si servus servum, 27. §. Proculus, ff. Ad L. Aquil. Cagnolus, hic num. 8.* Concordat JC. Paulus *in l. 109. inf. eodem.* Nullum crimen patitur is, id est, extra causam delicti est, qui non prohibet, cum prohibere non possit. Exempli causa: Si exercitu transeunte per agrum milites ex domo conducta fenestras et ostia effregerint, vel aliquam praedam sustulerint, conductor judicio locati non tenebitur, si modo impetum militum non potuit impedire. *l. item quaer. 13. §. exercitu, ff. locati.* A contrario sensu haec statuitur regula, quod cul-

Por un sentido contrario al de la Regla, se establece esta otra: "No carece de culpa el que no prohibe un delito pudiendo prohibirlo." (6) Pues que, como dice Ciceron, *lib. 1. de offic.* el que no defiende á otro pudiendo hacerlo, ni se opone á que se le infiera una injuria, obra tan mal como el que abandona á sus parientes, á su patria y á sus amigos. Y Séneca en su tragedia los "Troyanos" dice con razon, que el que no evita el pecado, pudiendo hacerlo, se equipara al que lo manda cometer. De aquí dimana aquella cuestion, respecto de la cual hay diversas opiniones, y sobre la que tanto se ha disputado; es á saber: "Si alguno se encuentra en peligro de perder la vida, y otro puede defenderlo, ¿está obligado á hacerlo?" Véase á *Decio, hic.* que trata estensamente esta materia. La opinion de Bártolo, aceptada casi generalmente por los autores, es la de que por derecho civil nadie está obligado á defender á otro; cuya opinion se funda en la *l. metum autem, 9. §. animadvertendum, 1. vers. sed licet. D. quod. met. caus. 4.—2.* en la que se dice que á cualquiera es lícito recibir dinero por defender á otro, de los ladrones ó malhechores que lo acometan; pero que haria mal en recibir cosa alguna si á tal defen-

---

pa non careat is, qui prohibere potest delictum; nec tamen prohibet. Nam ut eleganter Cicero testatur *lib.* 1. *Officior.* Qui non defendit alium, cum potest, nec obsistit injuriae, tam est in vitio, quam si parentes, patriam aut amicos deserat. Et recte Seneca in Troade; Qui non vitat peccare, cum possit, jubet. Unde haec exurgit questio, variis opinionum fluctibus agitata, an teneatur quis defendere alterum, in periculo vitae constitutum, si potest? Cui quaestioni late inhaeret Decius *hic.* Bartoli sententia est, quam fere catervatim Dd. sequuntur, jure civili neminem teneri ad defensionem alterius, idque probat ex *l. metum,* §. *quod licet, ff. quod metus causa.* Ubi dicitur, quod quis licite pecuniam accipiat, ut alium defendat ab incursu praedonum vel latronum, quam certe turpiter acciperet, si gratuito et ex officio ad hoc obligatus esset, *per l. ult. ff. de condict. ob turp. cau.* ubi dicitur, quod turpiter faciat, qui pecuniam accipit, ut id faciat, quod gratis facere tenetur, et quod eo nomine datum est, restituere cogitur. Quae sententia Bartoli Baldo adeo dis-

sa estaba obligado gratuitamente y por razon de su oficio (7). La *l. si vestimenta, 9. D. de condict. ob. turp. caus. 12.—5.* (8) establece tambien el principio de que obra torpemente el que recibe dinero por hacer lo que está obligado á hacer gratuitamente; y que el que tal haya hecho, debe restituir lo que hubiere recibido.

La opinion de Bártolo, de que hemos hablado, pareció tan monstruosa á Baldo, que asegura que solo por ella debe estar padeciendo en los infiernos el alma del primero.

Los canonistas opinan generalmente que en el fuero de la conciencia es reo de delito el que no lo evitó pudiendo, ó el que sabiendo que amenazaba á otro algun peligro, no se lo advirtió. Así se dice en el *cap. quantae, 47. ext. de sentent. excomunic. 5.—39.* (9) en el que el Pontífice resolvió que debe suponerse que son delincuentes aquellos que no impiden un crimen manifiesto, pudiéndolo hacer. Así opinan *Decio y Franc. hic.* (10)

---

(1) Ley 24. t. 5. P. 1.ª ley 7. t. 34. P. 7.ª ley 6. t. 27. P. 4.ª glos. 5.ª y art. 11. de la ley de 5 de Enero de 1857.

(2) Ley 4. t. 13. P. 7.ª y ley 6. t. 2. P. 5.ª

(3) La misma ley 4. t. 13 P. 7.ª

(4) Ley 4 al fin, t. 7. P. 5.ª Véase tambien la ley 22. t. 13. lib. 2. OO. RR.

(5) Ley 7. t. 8. P. 5.ª glos. 5.ª

(6) Ley 7. t. 34. P. 7.ª

(7) Véase el art. 30. de la ley de 5 de Enero de 1857. y á Gomez, tom. 3. cap. 3. n. 21. Véase tambien la ley 2 t. 9. P. 1.ª y su glos. 8.

(8) Ley 52. t. 14. P. 5.ª Covarruv. *in Relect. cap. peccatum, part.* 2. §. 3. n. 1.

---

plicuit, ut dicat, Bartoli animam propter hanc opinionem in inferno cruciari. Canonistae autem communiter sentiunt, in foro conscientiae teneri eum de delicto, qui cum prohibere posset, et avertere periculum alteri imminens, hoc neglexit facere. *c. quantae, de sentent. excommun.* Ubi ita rescribit summus Pontifex: eos favere delinquentibus interpretamur, qui cum possunt, manifesto facinori desinunt occurrere. Et ita Decius et Franc. hic decidunt.

(9) La citada ley 2. tit. 9. Part. 1.ª y su glos. 8.

(10) Véase la ley 12. t. 8. P. 7.ª que impone pena al hijo que no denuncia á su padre la intencion que su hermano tenga de matarlo, y la ley 6. t. 13. P. 2.ª que declara traidor al que sabe y no descubre la traicion. Y téngase presente el citado art. 11. de la ley de 5 de Enero de 1857.

Á LA LEY LI.

Cayo, lib. 15. al Edicto Provincial.

No parece que se percibe aquello que es necesario restituir á otro. (1)

ESPLICACION.

El verbo *capere* se toma aquí por el efecto que de él resulta; y por eso se dice que parece que no se *percibe* aquello que es necesario restituir á otro. Se dice por el contrario con propiedad, que uno ha *recibido* alguna cosa, aunque la reciba de manera que ninguna utilidad le resulte de tal recepcion; así como tambien se dice rectamente que hemos percibido aquello que ha de permanecer en nuestro poder. *l. aliud est capere, 71. de verbor. signif. 50.—16.* (2) Las palabras, pues, se han de comprender con *efecto*.

Puede usarse de esta Regla en el caso de que se haya desheredado á uno en el testamento, dejándole algun legado, pues si este se le ha dejado para que lo restituya á otro, podrá ha-

---

AD L. LI.

Caius, lib. 15. ad Edictum Provinciale.

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere.

EXPLICATIO.

Capere verbum cum effectu accipitur: ideoque illud non videtur quis capere, quod ei necesse est alii restituere. Accipere vero dicitur, etsi quis sic non accepit, ut habeat, sicut pervenisse proprie illud dicitur, quod est penes aliquem permansurum. *l. aliud est capere, 71. supra, de verb. sig.* Verba enim cum effectu sunt accipienda. Usus regulae esse potest, quod si quis in testamento sit exhaeredatus, et legatum ei relic-

cer uso de la queja de inoficioso testamento; pero si el legado es para que él lo adquiera, en tal caso no podrá proponer la queja mencionada. *l. post legatum, 5. D. de his quae ut indign. 34.—9.* (3) porque pidiendo el legado que se le ha dejado, parece que tácitamente aprueba la última voluntad del testador. *l. si pars, 10. §. illud notissimum, 1. D. de inof. test. 5.—2.* (4) Ni obsta la *l. cepisse, 140. D. de verb. signific. 50.—16.* que dice: "que se entiende que alguno ha percibido, aun cuando haya adquirido para otro," pues esta ley debe entenderse que habla del hijo de familia ó del esclavo; porque estos, aunque tengan que restituir lo percibido á aquellos bajo cuya potestad están, siempre se entiende que lo han percibido ellos, porque en virtud de la potestad patria ó señoril forman una sola persona con el padre ó con el señor. (5)

Puede ponerse otro ejemplo de esta Regla. Si á quien no puede recibir sino cierta parte, como v. gr. el hijo natural, á quien en concurrencia con hijos legítimos solo puede dejarse una onza de la herencia; (6) si á tal hijo natural, pues, se le dejase mas, se entendería que la parte excedente, que él no puede adquirir, formaría un fideicomiso que debería restituir á

---

tum, quod tamen alteri restituere debet, poterit ille nihilominus querelam inofficiosi testamenti proponere, quod si legatum sibi acquireret, non posset per querelam inofficiosi testamentum expugnare, *l. post legatum, 5. ff. de his quae ut indig.* quia petendo legatum sibi relictum tacite videtur ultimum defuncti elogium approbare. *l. si pars, 10. §. fin. de inof. test.* Nec obstat *l. cepisse, de verb. sign.* ubi dicitur, *Cepisse quis intilligitur, quamvis alii acquisiverit.* Ea enim lex intelligenda est de filiofamilias et servo: hi namque capere videntur, licet iis, quorum in potestate sunt, restituant, cum propter vinculum dominicae vel patriae potestatis unius personae loco habeantur. Aliud exemplum esse potest; cuidam incapaci, qui certam partem bonorum tantum potest accipere, puta filio naturali, cui ultra unciam extantibus legitimis liberis nihil á patre potest testamento relinqui, *l. 2. C. de nat. lib.* amplum fideicommissum est relictum ut id alteri restituat, quod ipse capere non potest. Quaeritur an id legatum seu fideicommissum cogatur agnoscere, seu ex testamento

otro. *l. matre, 2. C. de nat. lib. 5.—27.* (7) Puede preguntarse si en tal caso hay obligacion de aceptar el legado ó fideicomiso que se ha dejado en el testamento; á lo que deberá responderse que supuesto que no puede decirse que alguno percibe lo que tiene que restituir, puede obligarse á cualquiera á que acepte el legado ó fideicomiso que debe entregar á otro. *l. cogi, 16. §. hi qui, 15. D. ad SC. Trebel. 36.—1. l. cum ei qui, 42. D. de leg. 2. lib. 31.* (8)

---

(1) López en la glos. 4. á la ley 5. t. 8. P. 6.ª

(2) Véase á Cuyacio en su comentario á esta ley, y nótese que la de que habla referente á la queja de inoficioso testamento concuerda con la ley 10. t. 8. P. 6.ª—Tomo 8. col. 542. lit. E. edicion Napolitana de 1758.

(3) Véase la nota anterior y la ley citada en ella.

(4) La misma ley 5. t. 8. P. 6.ª

(5) Véanse las leyes 5 y 6. t. 17. P. 4.ª que hablan de las diversas clases del peculio del hijo y los diferentes derechos que en él tiene el padre. Véase la nota 5. en la Regla 93.

(6) Sobre esta materia, téngase presente el art. 4 de la ley de 10 de Agosto de 1857. que marca la parte que deben tener en la herencia del padre los hijos naturales reconocidos en concurrencia con hijos legítimos ó legitimados por subsiguiente matrimonio.

(7) López, en la glosa 5. á la ley 8. t. 13. P. 6.ª

(8) López, en la glos. 7.ª á la ley 19. t. 3. P. 6.ª vers. "Mihi tamen. &c."

---

adire? Et respondetur, quia id non videtur quisquam capere, quod alteri tenetur restituere, eum cogi posse, ut hoc Legatum seu fideicommissum adeat, et alteri restituat. *l. cogi,* 16. §. *hi qui, ff. ad SC. Trebel. l. cum ei qui,* 42. *ff. de legat.* 2.

A LA LEY LII.

Ulpiano, lib. 40. al Edicto.

Se considera que no hace oposicion, no solo aquel que se mantiene oculto, sino tambien aquel que, estando presente, rehusa oponerse, ó no quiere asumir la accion. (1)

ESPLICACION.

Se trata en esta Regla de esplicar la contumacia, para saber por ella quiénes se llaman contumaces, y cuál sea la pena que el derecho establece contra ellos. Se incurre en contumacia cuando alguno no quiere defenderse en el juicio; y esto puede ser de tres maneras.

Primera. Se entiende que no hace defensa alguna el reo que se esconde con intencion de defraudar á sus acreedores, evitando con su ocultacion que estos puedan intentar el juicio contra él. *l. Fulcinius*, *7*. *§*. *quid sit*, *4*. *D*. *quib*. *ex caus*. *in pos*. *eat*. *42*.---*4*. (2)

Segunda. Tampoco parece que se defiende el que no quie-

AD L. LII.

Ulpianus, lib. 40. ad Edictum.

Non defendere videtur, non tantum qui latitat, sed et is qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

EXPLICATIO.

Pertinet haec regula ad contumaciae explicationem, ut sciamus, qui contumaces dicantur, et quae poena á jure erga eos sit statuta. Fit enim locus contumaciae, quoties quis non defenditur in judicio, quod triplici fit ratione.

Primó se defendere reus non intelligitur, qui fraudationis gratia turpiter latitat, et ne judicium suscipiat contra creditores, se occultat. *l. Fulcinius*, *§*. *quid sit*, *supr*. *ex quib*. *caus*. *in poss*. *eat*.

re aceptar la accion, lo cual sucede principalmente cuando despues de la contestacion de la demanda, no se insiste en la defensa que se habia adoptado; ó si al principio del pleito se rehusa dar la fianza de pagar lo juzgado y sentenciado. *l. praetor ait, 2. dict. tit. 42.—4. l. recte defendi, 63. D. de judic. 5.—1.* (3)

Tercera. Tampoco parece que se defiende el que, estando presente se niega á hacerlo, (4) ó preguntado por el Pretor, guarda silencio y no responde, pues á este tambien se le castiga como contumaz y desertor. *l. de aetate, 11. §. qui tacuit, 4. D. de interrog. in jur. fact. 11.—1.* (5)

La pena de la contumacia es la condenacion en todas las costas y gastos del pleito; que se pronuncie sentencia contra los contumaces, como si hubieran estado presentes, y finalmente que se ponga al acreedor en posesion de los bienes del deudor, facultándolo para gastarlos y enagenarlos. *l. consentaneum, 8. junct. auth. qui semel, C. quomod. et quand. judex. 7.—43.* (6)

Finalmente: al verdadero contumaz no se le otorga apelacion, aun cuando quiera interponerla. *l. et post edictum, 73. §. et sciendum est, 3. D. de judic. 5.—1.* (7)

Secundó non videtur defendere, qui actionem non vult suscipere, quod maxime fit, quando post litem contestatam in suscepta defensione non perseverat, vel si in litis initio de judicato solvendo satisdare nolit. *l. 2. supr. ex quib. caus. in poss. l. recte defendi,* 63. *supr. de judiciis.*

Tertió non videtur se defendere, qui praesens negat se id facturum, vel qui interrogatus á Praetore, omnino non respondet, sed tacet. Nam et hic tanquam contumax et emansor punitur. *l. de aetate, §. qui tacuit, de interrog. act.*

Poena autem contumacium haec est, quod in expensas omnes, in lite factas, condemnentur, item quod in eos, ac si praesentes essent, sententia feratur, denique quod eorum bona praetor á creditoribus possideri distrahi ac alienari decernant. *l. consentaneum, juncta Aut. qui semel, C. quomodo et cuand. jud.*

Quartó quod verus contumax non audiatur, si appellare velit. *l. et post edictum,* 73. *§. ult. ff. de Judic.*

(1) Véase á Cuyacio en su comentario á esta ley, tomo 8. col. 859. lit. E.: edicion Napolitana de 1758.

(2) Ley 1 ͣ t. 5. lib. 11. N. R.

(3) De esta fianza habla la ley 8. t. 24. lib. 5. N. R. Pero segun la práctica actual son muy pocos los casos en que se exige en negocios civiles. Respecto de los criminales, véase la fraccion 12. art. 55. de la ley de 5 de Enero de 1857.

(4) Ley 8. t. 7. P. 3 ͣ

(5) Ley 1 ͣ t. 9. lib. 11. N. R.

(6) Leyes 1 y 2. t. 5. lib. 11. N. R. Pero esta via, que entre nosotros se llama de asentamiento, ya no está en práctica; y en todo caso de rebeldia se adopta la via de prueba. Así lo hemos visto en el foro, y así lo dicen los Autores de los Códigos Españoles concordados en sus notas á las leyes citadas. Véase, sin embargo, el art. 8 de la ley de 4 de Mayo de 1857 que dice que en los juicios verbales puede adoptarse esa via.

(7) Tal apelacion deberá otorgarse si procede segun la ley, y se interpone dentro del término legal.

A LA LEY LIII.

Paulo, lib. 42. al Edicto.

Lo que dado por error puede repetirse, dado á sabiendas, se reputa donacion. (1)

ESPLICACION.

Tratándose en esta Regla de la repeticion de lo indebido, es muy conveniente para su mejor inteligencia decir ante todo de cuantos modos es lo *indebido*. Este es de cuatro clases; Uno es indebido por derecho civil y debido naturalmente, como es lo que resulta de la obligacion del siervo para con su señor, del hijo para con su padre ó del hermano para con el hermano que está bajo la patria potestad. *l. naturaliter, 13. l. frater á fratre, 38. D. de condict. indeb. 12.—6.* (2) Así tambien: el heredero está obligado natural y no civilmente al pago íntegro de los legados hasta donde alcance la herencia sin deducir la cuarta Falcidia. *l. error, 9. C. ad leg. Falc. 6.—50.* (3) Esta clase de indebido puede repetirse si se ha pagado por error

---

AD L. LIII.

Paulus, lib. 42. ad Edictum.

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consultó dati donatio est.

EXPLICATIO.

Cum haec regula tractet de repetitione indebiti, praemittendum est pro faciliori intellectu, quot modis indebitum dicatur. Est autem indebitum quadruplex, nam aliud est indebitum, jure civili, sed naturaliter debitum, ut si servus domino, filius patri, frater fratri in patris potestate

de hecho, como sucederia en el caso de que el heredero, creyendo que la herencia era bastante rica, hubiese pagado íntegros los legados sin deducir la Falcidia, pues entonces puede repetir de los legatarios, como indebido, aquello que sea necesario pera completar su cuarta Falcidia. *dict. l. error*, *9. D. 6.—50.* (4) Pero el heredero que pagó íntegramente los legados por ignorar que la ley le concedia el derecho de deducir esa cuarta Falcidia, no puede repetir en tal caso cantidad alguna de los legatarios. *dict. l. error*, *9. D. 6.—50. l. cum quis jus*, *10. C. jur. et fact. ignor. 1.—18. l. scire debes*, *1. C. ad leg. Falcid. 6.—50.* (5)

La segunda clase de indebido es aquella que se debe solo por el derecho civil y no por el natural; como sucede en la obligacion literal, cuando alguno en un documento se ha confesado deudor de una cantidad que no ha recibido, esperando que despues se le entregará; porque lo que en tal caso haya pagado por cualquiera clase de error, puede repetirlo; á no ser que hayan transcurrido dos años desde el dia en que se constituyó la obligacion, pues en tal caso esta ha adquirido eficacia, y ya no tiene lugar la excepcion de *non numerata pecunia. l.*

---

constituto, sit obligatus. *l. natural.* 13. *l. frater á fratre ff. de condict. ind.* Item haeres ultra Falcidiam ad solida legata praestanda, obligatus est naturaliter, non civiliter. *l. error, C. ad l. Falcid.* Et hoc indebitum si errore facti solutum sit, repetitur, veluti si haeres, existimans haereditatem satis esse locupletem, integra legata solverit, absque retentione quartae: quod ultra quadrantem errore facti solutum est, haeres á legatariis repetet, tanquam indebitum. *d. l. error.* Is autem, qui inscius juris, beneficium Falcidiae sibi competere ignorans, solvit solida legata, non repetit. *d. l. error, l. cum quis jus, C. juris et fact. ignor. l.* 1. *Ad L. Falcid.*

Secundó indebitum quid est jure naturali, sed civiliter debitum, veluti in obligatione literarum, cum quis chirographo emisso spe futurae numerationis confessus sit se debere, quod non acceperit, et hoc, quocumque errore solutum est, repetitur, nisi biennium praeterierit á tempore obligationis. Tunc enim efficax redditur haec obligatio, et exceptio non numeratae pecuniae cessat. *l. indebitum,* 47. *de cond. indeb. in verb. ipsum*

indebitam, *47*. *D. de condict. indeb. 12.—6*: en las palabras: "puede repetirlo supuesto que pagó lo que por derecho natural no debia." *l. quod si maritus*, *3*. *§. si quis autem*, *1*. *D. de const. pec. 13.—5. Inst. de liter. obl. 3.—22*. (6)

La tercera clase de indebido la constituye aquello que es tal, tanto por derecho civil como por derecho natural. Así sucede, v. gr. en el caso de que alguno pague por segunda vez lo que ya habia pagado; ó en el de que se paguen veinte cuando solo se debian diez. Lo pagado así, tambien puede repetirse, cualquiera que sea el error que dió causa á que se pagara; en razon de que siempre es muy inícuo que alguno se enriquezca con perjuicio de otro. *l. nam hoc natura*, *14*. *D. de condict. indeb. 12.—6*. (7)

La cuarta clase de indebido es la que dimana de una excepcion; en cuyo caso debe distinguirse si tal excepcion es perpétua ó temporal. Si lo primero, y la excepcion es favorable, como lo es, v. gr. la del Senadoconsulto Veleyano, introducido en favor de las mugeres que se constituyen fiadoras; puede repetirse lo pagado: si la excepcion es odiosa, como la del Senadoconsulto Macèdoniano, que se introdujo en ódio de los que

---

repetere posse, quia indebitam jure gentium pecun. solvit. l. quod si maritus, §. 1. *ff. de const. pec. Inst. de liter. obligat.*

Tertió indebitum quid est omni jure, et civili et naturali. Veluti cum quis id, quod semel solutum est, denuo solvit, aut cum decem solum deberet, viginti solvit. Et hoc etiam quocumque errore solutum repeti potest: ex hac ratione, quod iniquum sit aliquem cum alterius detrimento locupletari. *l. nam hoc natura, ff. de cond. ind.*

Quartó indebitum quid est ope exceptionis. Ubi distinguendum est, an sit exceptio perpetua, an vero temporalis. Si perpetua sit, tunc siquidem est exceptio favorabilis, qualis est SCti. Velleiani, quae in favorem mulierum intercedentium introducta est, solutum repeti potest: si odiosa est, uti est exceptio SCti. Macedon. quae in odium creditorum filiof. mutuo dantium recepta est, solutum repeti non potest. *l. qui exceptionem*, 40 *ff. de de cond. indeb.* Si vero sit exceptio temporalis, veluti si quis id, quod ad certum diem debebat, ante diem solvit, et hoc condici

prestan dinero á los hijos de familia; entonces no puede repetirse lo que se haya pagado. *l. qui exceptionem*, *40. D. de condiction. indeb. 12.—6.* (8) Pero si la excepcion es temporal, como en el caso de que alguno pague antes del dia en que tenia obligacion de pagar; entonces, en ningun caso puede repetirse lo pagado. *l. in diem, 10. D. dict. tit. 12.—6.* (9) Una vez esplicado lo que es *indebido* y sus clases, vamos á ocuparnos de la Regla.

Así como lo que se ha pagado indebidamente por error, puede repetirse; así por el contrario lo que á sabiendas se ha pagado indebidamente, se supone que se ha donado, y no puede por lo mismo repetirse. *l. nunc videndum, 1. §. et quidem, 1. D. de condict. indeb. 12.—6.* Para que se entienda que hay donacion en este caso, es necesario que tanto el que entrega como el que recibe, sepan que la paga es indebida, pues para la donacion se necesita el consentimiento de ambos; esto es, la voluntad de dar en el donante y la de recibir como donacion en el donatario. *l. si cum filius familias, 2. §. sed si quis, 6. et l. hoc jure, 19. §. non potest, 2. D. de donat. 39.—5.* (11) *Decio, hic.* Nótese, finalmente, que en tanto se presume en es-

---

nequit. *l. in diem*, 12. *ff. d. t.* His ergo praemissis, ad regulam propius accedamus, quae hoc vult: Quemadmodum indebitum quod per errorem solutum est, repeti potest, ita qui consulto et ex certa scientia indebitum solvit, donare censetur, et cessat hoc casu repetitio. *l.* 1. *ff. de tcond. ind.*

Donatio autem hoc in casu ita demum inteligitur, quando tam solvens quam recipiens scit esse indebitum, quia in donatione utriusque requiritur consensus, duoque extrema in donatione, animus scilicet erogandi et accipiendi ex liberalitate, concurrere debent. *l.* 2. *l. hoc jure*, 19. *ff. de donat. Dec. hic num.* 1. Postremó notandum, quod tum demum donatio intelligatur, si nulla alia extet praesumptio aut conjectura, ex qua alius, quam donandi animus inducatur. Nemo enim in dubio donare, et suum jactare praesumitur. *l. cum indebito, ff. de probat.* Unde qui sciens usuras indebitas solvit, cum sortem falso se debere existimaret, eas repetet; cum eas non donasse praesumatur, sed ideo solvisse, ut creditorem

te caso la donacion, en cuanto no haya presuncion ó conjetura alguna, de donde se infiera que no hubo voluntad de donar; porque en caso de duda, nunca se presume que alguno haya querido hacer donacion de lo que le pertenece. *l. cum de indebito, 25. vers. qui enim solvit, D. de probat. 22.—3.* (12) De aquí es que si alguno á sabiendas ha pagado usuras indebidas, por un capital que erroneamente creia deber, puede repetirlas; pues en tal caso no se presume que haya pagado tales usuras con el objeto de donarlas, sino mas bien con el de halagar á su acreedor para que no le exigiese rigorosamente el pago de la suerte principal. *l. si non sortem, 26. §. si quis falso, 2. D. de condict. indeb. 12.—6.* (13)

---

(1) Leyes 28 y 30. t. 14. P. 5.ª

(2) Ley 5.ª t. 12. P. 5.ª glos. 6.ª Véanse las leyes 5 y 6. t. 17. P. 4.ª de las que se deduce, que la obligacion que el hijo contraiga para con su padre respecto del peculio castrense y cuasi castrense, no solo es natural, sino civil.

(3) Ley 6. t. 11. P. 6.ª Téngase presente el art. 18 de la ley de 10 de Agosto de 1857 que derogó las leyes que concedian á los herederos el derecho de deducir la cuarta Falcidia.

(4) La misma ley 6. t. 11. P. 6.ª y nótese que en el caso de que hablan nuestro Autor y la ley romana, la española no espresa que el heredero pueda repetir algo de los legatarios á quienes haya pagado íntegramente sus legados, y se limita á decir que, en un caso determinado, puede deducir la Falcidia de aquellos legados que aun no habia pagado.

(5) Ley 31. t. 14. P. 5.ª

(6) Ley 9. t. 1.º P. 5.ª

(7) López, en la glos. 3. á la ley 9. t. 17. P. 1.ª Covarruv. *in cap. possessor, part. 3. in princ. n. 1. vers. Nam usucapio.*

(8) Leyes 2 y 3. t. 12. P. 5.ª ley 4. t. 1.º P. 5.ª Gómez, tom. 2. cap. 6. n. 2. §. *Nunc vero, vers. Ex quo nota.*

(9) Ley 32. t. 14. P. 5.ª y su glos. 3.

(10) Ley 30. t. 14. P. 5.ª glos. 1.ª

(11) Ley 10. t. 12. lib. 3. F. R.

(12) López, en la glos. 1.ª á la ley 22. t. 9. P. 7.ª y Carlev. tit. 3. disp. 23. n. 43. con los autores que cita.

(13) Véanse las leyes 2 y 4. t. 22. lib. 12. N. R. y á Covarruv. *variar. lib. 3. cap. 3. n. 7.* Y téngase presente la ley de 24 de Marzo de 1861. que derogó las leyes prohibitivas del mútuo usurario.

---

benigniorem haberet in exigenda sorte, neve á creditore importune vexaretur ad solutionem sortis vel principalis debiti. *l. si non sortem, 26. §. si quis falso, supra, de cond. indeb.*

A LA LEY LIV.

Ulpiano, lib. 45. al Edicto.

Ninguno puede transmitir á otro un derecho mayor que el que él mismo tiene. (1)

ESPLICACION.

Esta Regla es de un uso frecuentísimo, y se funda en la equidad natural, que no permite que alguno pueda dar ó transferir mas que lo que él mismo tiene. A esto se refiere la *l. traditio, 20. D. de acquir. rer. dom. 41.—1.* en la que dice Ulpiano: "La tradicion no puede ni debe trasferir al que recibe mas que aquello que tiene el que da. Si pues este tiene dominio en el fundo, lo trasmite mediante la tradicion: si no lo tiene, no trasmite cosa alguna al que recibe." (2) Tiene lugar la Regla, no solo en las enagenaciones, sino tambien en las sucesiones, de modo que ningun testador puede trasferir á su heredero mas derechos que los que él mismo tenga. Por esto dice la Regla *nemo plus, 120. inf. 50.—17.* "Ninguno puede

---

AD L. LIV.

Ulpianus, lib. 45. ad Edictum.

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet.

EXPLICATIO.

Quotidiana et usitata haec est regula, et ex naturali aequitate suam trahit originem. Natura enim non patitur, ut quis plus dare aut transferre possit, quam ipse habeat. Huc pertinet *l. trad. 20. ff. de acquir. rer domin.* Ubi ait Ulpianus: *Traditio nihil amplius transferre debet vel potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuit, id tradendo transfert, si non habuit, ad eum qui accipit, nihil transfert.* Locum autem habet regula non solum in aliena-

dejar á su heredero mas ventajas que las que tiene él mismo." (3) Hace tambien al caso la regla *in his, 175. §. non debeo, 1. D. h. t. 50.—17.* que dice: "que no debo yo ser de mejor condicion que mi autor de quien me ha venido el derecho"; y con esas leyes concuerda finalmente la regla *qui in jus, 177. h. t. 50.—17.* que establece que "el que sucede en el derecho ó dominio de otro, debe usar del mismo derecho de aquel á quien sucede." (4) Esto es aplicable, tanto al sucesor singular como al universal; debiendo entenderse sin embargo, que solo los vicios reales y no los personales son los que pasan al sucesor singular, como es el comprador, el donatario, el legatario, etc. *l. sicut aequum, 37. D. de action. empt. 19.—1.* porque la mala fé del vendedor ó del donante no perjudica al comprador ó donatario que comienza á prescribir, ó respecto de quien principia á tener lugar la prescripcion en su persona. *l. an vitium, 5. D. de divers. et temp. praescript. 44.—3.* (5) En este caso es muy notable la diferencia que hay entre el sucesor singular, como el comprador, el donatario y el legatario, y el universal, como es el heredero. Respecto del universal, se establece esta Regla: "Lo que el difunto no puede prescribir por impedir-

---

tionibus, verum etiam in successionibus; ut nemo plus juris in successorem suum transferre possit, quam ipse habet. Quo pertinet regula 120. *Nemo plus commodi haeredi suo relinquit, quam ipse habet.* Item reg. 175. §. 1. *Non debeo melioris conditionis esse quam author meus á quo jus in me transit.* Denique huc referenda est reg. 177. *Qui in jus dominiumve alterius succedit, ejus jure uti debet.* Et haec tam de singulari, quam universali successore intellige, ita tamen ut tantum realia vitia, non etiam personalia transeant in singularem successorem, veluti in emptorem, donatarium, legatarium. *l. sicut aequum, ff. de act. empti.* Nec enim mala fides venditoris aut donatoris nocet emptori, aut donatario praescribere incipienti, seu praescriptionem á sua persona inchoanti. *l. an vitium, ff. de divers. et temp. praescript.* Porro hoc casu multum interest, inter successorem singularem, veluti emptorem, donatarium et legatarium, et universalem, puta haeredem. In successore universali haec regula obtinet: Quod defunctus non potuit usucapere propter malam fidem, id nec

selo su mala fé, tampoco lo podrá prescribir su heredero, aun cuando tenga buena fé. Por el contrario: si el difunto tuvo buena fé, el heredero podrá completar la prescripcion en su favor, aun cuando tenga mala fé, pues que esta en tal caso no le perjudica. *l. cum, haeres, 11. D. de divers. et temp. praescript. 44.—3.* (6) Otra cosa debe decirse de los sucesores singulares, respecto de los cuales puede establecerse la regla, de que ni les aprovecha ni les perjudica la bondad ó vicio de su autor. Por esto es que la buena fé del vendedor no aprovecha al comprador de mala fé para ganar la prescripcion, porque el comprador no representa la persona del vendedor, como el heredero representa la del difunto. Por el contrario: la mala fé del autor no perjudica al sucesor singular para comenzar á prescribir; y decimos para comenzar, porque no debe contarse en este caso para la prescripcion, el tiempo que estuvo la cosa en poder del autor, sino solo aquel que haya trascurrido desde que la hubo el sucesor, que es el que puede incohar la prescripcion, *dict. l. an vitium, 5. D. de divers. et temp. praesc. 44.—3. l. sed etsi, 7. §. Praetor ait, 11 D. de Public. in rem act. 6.—2.* (7)

---

haeres potest usucapere, licet bonam fidem habeat. E contra si defunctus bonam fidem habuit, haeres propter suam malam fidem non prohibetur usucapionem implere. *l. cum haeres, 11. ff. de div. temp. praesc.* In successoribus singularibus aliter obtinet, ubi haec regula procedit, quod vitium auctoris singulari successori neque prosit, neque noceat. Unde venditoris bona fides non prodest emptori malae fidei in usucapionibus, quia emptor non sustinet personam venditoris, ut defuncti personam haeres sustinet. E contra mala fides auctoris non nocet singulari successori, praescribere incipienti, id est, si nolit uti accessione possessionis sui auctoris, sed ex sua persona velit usucapionem inchoare. *d. l. an vitium, ff. de divers. et temp. praescrip. l. sed etsi, 7. §. Praetor ait, ff. de publ. act.*

Talis itaque res ad eum transit, qui accipit, qualis fuit apud eum, qui tradidit, et alienatio tum fit, cum sua causa dominium transfertur, quae esset futura, si apud nos remansisset, praeter quam si esset aliquid nominatim conventum. *l. alienatio, 67, supra, de contrah. empt.* Si tamen

